

tuam laudant Angeli, adorant
Dominaciones, tremunt Potestates.
Coeli coelorumque virtutes ac beata
Seraphim socia exultatione
concelebrant. Cum quibus et nostras
voces ut admitti jubeas, deprecamur,
supplici confessione dicentes: Sanctus.

Communio

Intéllege clamórem meum: inténde voci
oratiónis meæ, Rex meus et Deus meus:
quóniam ad te orábo, Dómine. (Ps 5:2-4)

1. Mane exáudies vocem meam; mane
astábo tibi et exspectábo.

2. Quóniam non Deus volens
iniquitátem tu es; neque habitábit juxta
te malígnus, neque permanébunt in
jústi ante óculos tuos.

3. Odísti omnes, qui operántur
iniquitátem, perdes omnes, qui
loquúntur mendácium; virum
sánguinum et dolósum abominábitur
Dóminus.

4. Ego autem in multitudíne
misericórdiæ tuæ introíbo in domum
tuam; adorábo ad templum sanctum
tuum in timóre tuo.

Postcommunio

Súpplices te rogámus, omnípotens
Deus: ut quos tuis réficis sacraméntis,
tibi etiam plácitis móribus dignánte
deservíre concédas.

Angelai, garbina Viešpatystės, dreba
Galybės. Dangūs ir dangų
kunigaikštystės, o taip pat ir palaimintieji
Serafimai bendrai džiūgaudami tavo
šlovina. Liepk, prašome, kad tarp jų būtų
priimti ir mūsų balsai, su nuolankiu
išpažinimu sakantys: Šventas.

KOMUNIJA

Suprask manąjį šauksmą ir atkreipk
dėmesį į mano maldos balsą, mano
Karaliau ir mano Dieve, nes Tau
meldžiuosi, Viešpatie. (Ps 5:2-4)

1. Auštant Tu girdi mano balsą, auštant į
Tave kreipiuosi su malda ir laukiu.

2. Juk tu esi Dievas, kuris nekenčia to, kas
nedora; pikta pas Tave nevieši. Kas
nesilaiko teismo, negali iškęsti Tavo
žvilgsnio.

3. Tu neapkenti visų nedorėlių,
melagiams Tu leidi pražūti; Viešpats
bjaurisi žudikais ir išdavikais.

4. Bet dėl Tavo didelio gailėstingumo, aš
jeinu į Tavo Namus ir iš pagarbios baimės
garbinu Tavo šventojoje Šventykloje.

POSTKOMUNIJA

Nuolankiai tavęs prašome, visagali Dieve,
kad tiems, kuriuos savaisiais
sakramentais atkūrei, leistum
įtinkančiais papročiais tau vertai
patarnauti.



Proprium Missæ DOMINICA II QUADRAGESIMÆ II GAVĖNIOS SEKMADIENIS



Introitus

Reminiscere miseratiónum tuarum,
Dómine, et misericórdiæ tuæ, quæ a
saeculo sunt: ne umquam dominéntur
nobis inimíci nostri: líbera nos, Deus
Israël, ex ómnibus angústiiis nostris.

Ps. Ad te, Dómine, levávi ánimam
meam: Deus meus, in te confido, non
erubescam. (Ps 24:6; 24:3; 24:22; Ps
24:1-2)

Collecta

Deus, qui cónspicis omni nos virtúte
destítui: intérius exteriúsque custódi; ut
ab ómnibus adversitatibus muniámur In
córpoze, et a pravis cogitatióibus
mundémur in mente.

Epístola

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad
Thessalonicénses (1 Thess 4:1-7)

Fratres: Rogámus vos et obsecrámus in
Dómino Iesu: ut, quemádmódum
accepístis a nobis, quómódo opórteat
vos ambuláre et placére Deo, sic et
ambulétis, ut abundétis magis. Scitis
enim, quæ præcépta déderim vobis Per
Dominum Iesum. Hæc est enim
volúntas Dei, sanctificatió vestra: ut
abstineátis vos a fornicatióne, ut sciat
unusquisque vestrum vas suum

INTROITAS

Atmink savo gailėstinguosius darbus,
Viešpatie, ir savąjį gailėstingumą, kuris
tveria per amžius, kad mūsų niekada
nevaldytų mūsų priešai; išlaisvink mus,
Izraelio Dieve, iš visų mūsų neramumų.

Ps. Į tavo, Viešpatie, pakėliau savo sielą,
mano Dieve, į tavo viltį sudėjau, nerausiu
iš gėdos. (Ps 90:15; 90:16, Ps 90:1)

KOLEKTA

Dieve, kuris įžvelgi mus stokojant
visokios galios, apsaugok mus iš vidaus ir
iš išorės, kad nuo visų priešiškumų
būtume apsaugoti kūne, ir nuo
iškrypusių minčių būtume nuvalyti
sieloje.

EPISTOLĖ

Skaitinys iš šv. Apaštalo Pauliaus laiško
Tesalonikiečiams (1 Tes 4:1-7)

Broliai, prašome ir raginame jus
Viešpatyje Jėzuje: jeigu išmokote iš
mūsų, kaip privalote elgtis ir patikti
Dievui, – o jūs taip ir elgiatės, – tai
darykite vis daugiau pažangos! Jūs juk
žinote, kokių nurodymų esame jums
davę Viešpaties Jėzaus vardu. Tokia gi
Dievo valia – jūsų šventėjimas.
Susilaikykite nuo ištvirkavimo!
Kiekvienas jūsų teismoksta laikyti savąjį

possidére in sanctificatióne et honóre; non in passióne desidérii, sicut et gentes, quæ ignórant Deum: et ne quis supergrediátur neque circumvéniat in negótio fratrem suum: quóniam vindex est Dóminus de his ómnibus, sicut prædíximus vobis et testificáti sumus. Non enim vocávit nos Deus in immundítiam, sed in sanctificatiónem: in Christo Iesu, Dómino nostro.

Graduale

Tribulatiónes cordis mei dilatátæ sunt: de necessitatibus meis éripe me, Dómine.
V. Vide humilitátem meam et labórem meum: et dimítte ómnia peccáta mea. (Ps 24:17-18)

Tractus

Confitémini Dómino, quóniam bonus: quóniam in saeculum misericórdia eius. V. Quis loquétur poténtias Dómini: audítas fáciat omnes laudes eius? V. Beáti, qui custódiunt iudícium et fáciunt iustítiam in omni témpore. V. Meménto nostri, Dómine, in beneplácito pópuli tui: vísitá nos in salutári tuo. (Ps 90:1-7; 90:11-16)

Evangelium

Sequéntia sancti Evangélii secundum Matthaeum (Matt 17:1-9)
In illo témpore: Assúmpsit Iesus Petrum, et Iacóbum, et Ioánnem fratrem eius, et duxit illos in montem excélsam seórsum: et transfigurátus est ante eos. Et resplénduit fácies eius sicut sol: vestiménta autem eius facta sunt

indą šventai ir pagarbiai, nepasiduodamas nežabotiems geismams, kaip esti tarp pagonių, kurie nepažįsta Dievo. Tegul niekas neperžengia ribų ir neapgauđinėja savo brolio šituo reikalu, nes Viešpats keršija už visus tokius nusižengimus, kaip jau esame sakę ir patvirtinę. Dievas mus pašaukė ne susitepimui, bet šventėjimui, Kristuje Jėzuje, mūsų Viešpatyje.

GRADUALAS

Mano širdies negandos išsiplėtė; iš mano nepriteklių išvaduok mane, Viešpatie.
V. Pamatyk mano nusižeminimą ir manąjį vargą, ir atleisk visas mano kaltes. (Ps 24:17-18)

TRAKTAS

Išpažinkime Viešpatį, kadangi Jis geras, kadangi Jo gailėstingumas tveria per amžius.
V. Kas apsakys Viešpaties galybes, kas leis išgirsti visus Jo gyrius? V. Palaiminti, kurie sergi teisumą ir visais laikais vykdo teisingumą. V. Prisimink mus, Viešpatie, savo tautos naudai; aplankyk mus savo išganymu. (Ps 90:1-7; 90:11-16)

EVANGELIJA

Šventosios Evangelijos pagal Matą tęsinys (17:1-9)
Anuo metu Jėzus pasiėmė su savimi Petrą, Jokūbą ir jo brolių Joną ir užsivedė juos nuošaliai ant aukšto kalno. Ten jis atsimainė jų akivaizdoje. Jo veidas sužibo kaip saulė, o drabužiai tapo balti kaip šviesa. Ir štai jiems pasirodė Mozė ir

alba sicut nix. Et ecce, apparuerunt illis Móyses et Elías cum eo loquéntes. Respóndens autem Petrus, dixit ad Iesum: Dómine, bonum est nos hic esse: si vis, faciámus hic tria tabernácula, tibi unum, Móysi unum et Elíæ unum. Adhuc eo loquente, ecce, nubes lúcida obumbrávit eos. Et ecce vox de nube, dicens: Hic est Fílius meus diléctus, in quo mihi bene complácu: ipsum audíte. Et audiéntes discípuli, cecidérunt in fáciem suam, et timuérunť valde. Et accéssit Iesus, et tétigit eos, dixítque eis: Súrgite, et nolíte timére. Levántes autem óculos suos, néminem vidérunt nisi solum Iesum. Et descendéntibus illis de monte, præcépit eis Iesus, dicens: Némini dixéritis visiónem, donec Fílius hóminis a mórtuis resúrgat.

Offertorium

Meditábor in mandátis tuis, quæ diléxi valde: et levábo manus meas ad mandáta tua, quæ diléxi. (Ps 118:47; 118:48)

Secreta

Sacrificiis præsentibus, Dómine, quaesumus, inténde placátus: ut et devotióni nostræ proficiant et salúti.

Præfatio de Quadragesíma

Vere dignum est, æquum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, aeternus Deus. Qui corporali jejunio vitia comprimis, mentem elevas, virtutem largiris et præmia, per Christum Dominum nostrum. Per majestatem

Elijas, kurie kalbėjosi su juo. Tuomet Petras ir sako Jėzui: „Viešpatie, gera mums čia būti! Jei nori, aš padarysiu čia tris palapines: vieną tau, kitą Mozei, trečią Elijui“. Dar jam tebekalbant, štai skaistus debesies apsiautė juos, ir štai balsas iš debesies prabilo: „Šitas yra mano mylimasis Sūnus, kuriuo aš gėriuosi. Klausykite jo!“ Tai išgirde, mokiniai parpuolė kniūbsti, labai išsigandę. Bet Jėzus priėjo, palietė juos ir tarė: „Kelkitės, nebijokite!“ Pakėlę akis, jie nieko daugiau nebematė, tik vieną Jėzų. Besileidžiant nuo kalno, Jėzus jiems įsakė: „Niekam nepasakokite apie regėjimą, kol Žmogaus Sūnus prisikels iš numirusių.“

OFERTORIUMAS

Mąstysiu pagal Tavo priesakus, kuriuos labai pamilau, ir iškelsiu savo rankas į Tavo priesakus, kuriuos pamilau. *(Ps 118:47; 118:48)*

SEKRETA

Meldžiame, Viešpatie, šiomis aukomis permaldautas, atkreipk dėmesį į mus, kad ir jos ir mūsų pamaldumui, ir išganymui pasitarnautų.

GAVĖNIOS PREFACIJA

Tikrai verta ir teisinga, reikalinga ir išganinga, mums visada ir visur tau dėkoti, šventasis Viešpatie, visagali Tėve, amžinasis Dieve. Kuris kūnišku pasninku ydas sutramdai, sielą pakylėji, tvirtybę ir dovanas dosniai dalini per Kristų mūsų Viešpatį. Dėl Tavo didybės šlovina tave